tationes, quarum omnes iudicio meo, non ſunt veræ, & in hac materia vide etiam Nell. de bannit. in 2. par. 2. tempor. quæſt. 7. cum ſex ſequen. & in q. 15. 25. & 26. Menochius de arbitr. iud. q. 90. *Baiard.*

c *impune offendi.*] Hic nota, quòd tam eſt graue hoc ſcelus veneficij, quod de iure nõ licet veneno occidere hoſtem, nec etiã for iudicatũ: licet fuerit hoſtis publicus, niſi tamen ſit bannitus, aut for iudicatus pro crimine læſæ maieſtatis, vt per Pract. Carer. in pract. cri. §. homic. d. 1. nu. 20. *Giach.*

d *Valet enim.*] Antũc arma prohibita deferre, vel ſocios congregare Vulpell. conſ. 34. nu. 13. & 5. 29. & conſil. 66. n. 7. *Roſ.*

Valet enim ſtatutũ.] Attẽto itaque tali ſtatuto; adde quòd nõ modo bannitus, verum etiã de proximo banniendus offendi poterit, vt ex mẽte Paul. de Caſt. retulit, & ſequutus eſt Marſil. rub. de fideiuſſ. ſub nu. 218. Dixi infra in §. fin. q. 36. verſiculo item quæro, & quæſt. 71. verſ. Dixi autem *Drogh.*

e *Videtur enim talia ſtatuta.*] Adde, quod ne-
214 dum huiuſmodi ſtatuta ſunt valida, ſed etiam officialis deputatus ad perſecutionem bannitorũ poterit ordinare, ſuadẽte cauſa, vt quia multum ciuitatem opprimebant, quòd cuilibet licitũ ſit bannitos occidere, Ang. in l. 1. ff. quod quiſque iur. Rim. iun. conſ. 238. num. 5.
215 Item adde, † an huic ſtatuto permittenti, bãnitũ impunè occidi poſſe, renunciari poſſit, Ferret. in titul. de ferijs, num. 91.
216 Item adde, † an motus proprius Summi Põtificis, quo conceditur præmium pro extirpatione bannitorum, vt capiens, vel interficiens bannitum, ſi ipſe eſt bannitus, poſſit ſe eximere à banno; & ſi non eſt bannitus, habeat facultatem nominandi, & liberandi alium bannitum de pari, vel minori crimine, comprehendat bannitos poſt motum proprium, in ſimili decreto, ſiue ſtatuto Lucenſi, Angel. in conſilio 67. conſuluit, quod non; & idem tenuit Bart. in lege cum lex, ff. de legibus, & in lege omnes populi, num. 64. ff. de iuſt. & iur. & Cyn. in l. leges, C. de legib. & hoc, vt ibi dicit Bart. ne daretur materia delinquendi, & idem tenuit Dom. Clarus infra in quæſt. 59 verſ. ſucceſſiuè. Sed Nell. in tractato bannit. in 3. part. 2. temp. quæſtione 10. vbi dicit hunc articulum non eſſe paruæ importantiæ, ita diſtinguit, quòd ſi aliqua ratione, vel cauſa fit reformatio in ſtatutorum corpore non clauſa, & iſta ſecundum cauſam, vel rationem declaratur; vt contineat, vel non contineat bannitos in futurum; ſi ve-

*poſſint ° impune, offendi, vtique ſtante huiuſmodi ſtatutorum diſpoſitione, occidens bannitum erit à pœna homicidij liber, & prorſus immunis. Et hæc ſententia eſt frequentiori interpretum calculo recepta, vt dicit Plaza lib. 1. delictorum, cap. 36. num. 1. d Valet enim tale ſtatutum diſpones, quod bannitus poſſit impune offendi, vel occidi, vt dicit Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de conſtitutio. §. 1. circa fin. & Bart. in l. omnes populi, num. 3. ff. de iuſt. & iure. Et eſt communis opin. vt dicit Alex conſ. 2. circa fin. lib. 1. quem refert Dec. conſil. 327. poſt numer. 3. Idem dicit Alex. conſ. 65. num. 2. lib. 3. & in l. ſi plagij, nu. 2. in fin. ff. de verbor. oblig. prout illum refert Iaſ. in ea l. ſi plagij, n. 4. Viuius in libro communium opin. ver. ſtatutum diſponens, quod bannitus poſſit, in prin. Ant. Gomeſ. ſuper l. 76. Tauri. poſt num. 15. Et dicit Fabius in pract. arb. fol. 535. num. 39. quod ita per omnes magis communiter tenetur. e Videntur enim talia ſtatuta introducta pro quiete communi, vt dicit Bart. in l. 2. numer. 1. C. quando liceat vnicuiq; ſine iud. vind. * Adde quod huiuſmodi ſtatutum valet non modo ſi ſimpliciter diſponat licere bannitum offendere, ſed etiam ſi illum offendenti, aut occidenti præmium conſtituat. Et eſt communis opin. vt dicit Alexan. in d. l. ſi plagij, prout illum refert Dec. in d. conſ. 327. num. 3. in fin. Dec. in c. quæ in eccleſiarum, num. 14. de conſt. quem refert Viuius in loco præallegato. Non enim eſt inconueniẽs, vt ad ea, quæ licitè permittuntur, homines etiam propoſitis pecunijs alliciantur. Hæc tamen omnia intelligenda ſunt, vt procedant, modo tales banniti, qui à ſtatuto permittuntur impune occidi, ex aliquo graui delicto banniti fuerint, propter quod inſta cauſa dici poſſit, vt ad eos interficiendos alij inuitentur. Sed ſi ex leui cauſa banniti eſſent; eo caſu non valeret ſtatutum permittens eos impune offendi. Et ideo ſtatutum diſponens, quod banniti pro debito pecuniario poſſent impune offendi, non valeret: Et eſt communis opinio, vt ait Dec. in d. c. quæ in eccleſiarum, poſt n. 14. verſ. Excipiuntur plures; vbi tamen refert Nellum tenentem contrarium in tractat. de bannitis, in 2. parte ſecundi temporis, q. 7. vbi etiam dicit, quòd ita communiter tenetur, & ſeruatur: quem tamen referre videtur Cæpolla, conſil. ciuili 48. num. 5. in fin. quod eſt duplicatum inter eiuſdem conſilia criminalia, conſilio 5. Menchiaca controuerſ. vſu frequentium. cap. 8. num. 9. Sed caueant banniti, ne confidant ſuper illa communi opin. per Dec. relata: quia ſtante ſtatuto illi, qui eos occiderent, proculdubio impuniti euade-*

rò nulla cauſa eſt expreſſa, & ſtatutum loquitur expreſsè in futurum, & tunc ad futuros tantum, aut in præteritum, ſolum de præteritis intelligitur, aut loquitur dubiè, quod poteſt intelligi de præteritis, & futuris, & ſtatutum eſt talis naturæ, vt reddat delictum penitus impunitum: & tunc non trahitur ad futuros bannitos: aut ſtatutum non reddit maleficium penitus impunitum, ſed condemnationem mitigat: & tunc, ceſſante illa ratione, habebit locũ etiã in futurum alio modo Bolognet. diſtinguit in d. l. omnes populi, num. 241. quod ſtatutũ concernes indulgentiã delictorum, non trahitur ad futura, quando illa indulgẽtia fit ſimpliciter propter lætitiam, vel aliud ſeruitium temporale: ſed quando fit propter ſeruitiũ perpetuũ & propter publicam vtilitatẽ duraturã, tunc trahitur etiam ad futurũ tempus, vt euenit in ſtatutis, quę dant præmium interficienti bannitos, & foriudicatos, vt ſi ipſi ſunt foriudicati, reſtituãtur; nam tunc talia ſtatuta durabũt perpetuò, & comprehendent etiã delinquentes poſt ſtatutũ, & quòd ita videmus ſeruari in practica. Proptereà ego credo, quòd motus proprius, & ſtatuta ſimilia reſpiciant tã bannitos futuros, quam præteritos, cum interſit republicæ, vt tam banniti facti, quam faciendi extirpentur, ſed in vno caſu tãtum iudicio meo, procedere non poſſunt, videlicet, quod obtinens facultatem nominandi non poſſit nominare bãnitos factos poſt motum proprium, ſed ſolũmodò præteritos, ne daretur materia malignandi, & committendi delicta, l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact. & l. conuenire, de pact. dotal. & ita notant Bart. Bal. & alij in d. l. cum lex. Quilibet enim poſſet ſe inducere ad delinquendum, nam eſſet certus, quòd cum aliqua nominatione facile à banno ſe liberaret, & quodammodo etiam contra voluntatem Principis, ſi conceſſio nominandi reſpiceret bannitos factos, & faciendos, & quod peius eſt quis poſſet ſibi prouidere ſecreto de nominatione, antequam homicidium committeret. Nec dicatur, quòd eadem Ratio militat ex eo, quod ſe remittere poſſit interficiendo alium bannitum, quia de hoc non eſt certus, cum ita de facili non interficiantur banniti, & eos interficiendo fit innimicitia, cum eorum attinentibus, & amicis, & ipſe etiam eidem periculo ſubiaceret, quando eſſet bannitus; ſed benè eſſet certus, quod poſſet emere aliquam nominationem, ſi quilibet bannitus nominari poſſet, nec tollitur præmium nominandi capientibus, ſiuè occidentibus bannitos; ſed tantummodò reſtrin-

gitur,

gitur, vt non poſſint nominare bannitos factos poſt motum proprium ratione prædicta. Non obſtat deciſio Angel. in d. conſil. 97. quia eius fundamenta non ſubſiſtunt, nec in caſu per eum propoſito, quorum primum eſt dictum Cyni in d. l. leges, quod ſtatutum diſponens, ſi bannitus ſoluit decem, poſſit ſe facere cançellari de banno, non ſe extendit ad banniendos, quod eſt æquiſſimum aliàs inuitarentur homines ad delinquendum, ſi ità gratis abſoluerentur, vt dicit Ioann. Bapt. à ſancto Seuer. in d. l. omnes populi, numer. 158. ſed motus proprius contrarium effectum operatur, cum tendat ad extirpationem bannitorum, & non ad eorum impunitatem; & in caſu nominationis, vt tollatur omnis ſuſpicio fraudis, & occaſio delinquendi, facultas nominandi, vt dictum fuit, reſtrigitur ad bannitos præteritos tantum. Minuſque facit aliud fundamentum, dum dicitur, verba ſtipulatione vallata, quæ propter eorum ambiguitatem ad plures ſenſus ſunt trahibilia, in dubio intelliguntur, vt minùs obligent, quàm ſit poſſibile, & imputetur ſtipulatori, qui potuit legem apertiùs dicere, l. veteribus, ff. de pact. quia non ſumus in ſtipulatione, ſed in conſtitutione, ſiue priuilegio Principis ad fauorem publicum inducto, & pro communi quiete, vt dicit Bolognet. in d. l. omnes populi, numer. 241. & plenè Iaſon, conſil. 33. volum. 1. vbi dicit, quòd talia ſtatuta non debent reſtringi, ſed latè interpretari. Nec repugnat concluſio Bart. in d. l. cum lex, & in l. omnes populi, cum ſit idem ſtatutum, de quo per Cyn. allegatum per Ang. in quo eadem milita ratio, quòd daretur delinquendi materiam, vt dicit ipſe Bartol. ſi traheretur ad futurum. Accedat etiam ſi motus proprius non comprehenderit, niſi bannitos factos, vtique tenderet ad fauorem bannitorum fiendorum, quia,
217 ceſſantibus præmijs, perſecutionem non haberent. Et † poſt hæc ſcripta ego iuueni Proſper. Carau. ſuper Pragm. 1. de exulibus, vbi tenet quod huiuſmodi Decreta non cõprehendant delinquentes futuros, ſed poſtea dicit, quod Illuſtriſſimus Prorex eos admittit, quando interficiunt alios bannitos, & non dicit quando habentur nominationes, & vide quæ poſui infra ad quæſt. 59. in verſ. ſucceſſiuè.
218 Item adde, quòd ſtante dicto motu proprio, vel ſimili ſtatuto premium concedente ſi capiens, vel interficiens bannitum poſtea delinquat, non ammittit præmium ſibi promiſſum, quia per gratiam primum delictum extinguitur, & de ſecundo delicto puniri debet, & ſi concederetur nominatio duorum bannitorum capienti, ſeu occident aliquem ex capitibus bannitorum, & facta nominaione, de duobus bannitis, poſtea reperietur quòd captus, vel interfectus erat ſimplex bannitus, eo caſu, primò nominatus erit gratiandus: ita deciſum fuit per ſacrum Conſilium Neap in dictis duobus caſibus, vt atteſtatur Franch. in deciſ. 433. vol. 2.
219 Item adde, † quòd capiens bannitum, vt puta pro furto, qui poſteà confitetur homicidium, de quo non erat bannitus, non poterit remittere bannitum pro homicidio, ſed pro furto tantum, per tex. vbi Bart. in l. ſi is, §. quòd ſi ſeruus, ff. de acqui. rer. domin. vbi habetur, quòd non dicitur inuentum opera alicuius, quod dedit fortuna. Facit etiam, quod oc-
220 cidens bannitum, quem ignorabat eſſe bannitum, † non conſequitur præmium, vt eſt communis opin. de qua per Afflict. ſuper Conſt. in rubr. 3. numer. 53. quem refert, & ſequitur Dn. Clar. infra verſic. fuit etiam. Præterea capiens bannitum habet facultatem remittendi alium ſimilem; ſed ille erat bannitus de furto, & non de homicidio, quod caſu fuit repetum.
221 Item adde, † an motus proprius habeat locum, quando inimicus occidit bannitum, Marſ. conſ. 10. numer. 42. quem refert, & ſequitur Arnon ſolil. 40. dicit, quod nedum præmio eſt indignus, verum etiam pro homicidio puniendus, allegat pro hoc Bal. in l. decuriones, numer. 3. C. in quib. cauſ. impunit. irrogat. Fely. in capitul. ſi perfodiens, numer. 2. de homic. Grat. verò in conſil. 44. numer. 34. volum. 2. diſtinguit, dicens, quòd impunitatem conſequitur, non præmium. Sed Carauit. in pragm. de exulibus, numer. 134. tenet, nullam incurriſſe pœnam, & quòd præmium habere debeat, impugnans Marſil. & alios contrarium tenentes. Et ego credo hoc eſſe veriſſimum, & ita ſemper practicaui, & practicari vidi, quia lex indiſtinctè omnibus capientibus, ſeu interficientibus bannitos impunitatem, & præmium concedit; & banniti non interficiuntur ab amicis, ſed ab inimicis, & maleuolis, qui præmio ad eos occidendos magis inuitantur. Et non poteſt negari, quin tales occidentes ſint executores iuſtitiæ in effectu, & quod mentem Principis non adimpleant; nec inficiari poteſt, quòd ſi banniti ab inimicis non perſequerentur, paruam perſecutionem haberent.
222 Item adde, quòd motus proprius, & ſtatuta ſimilia comprehendunt etiam clericos bannitus, qui poterunt impunè offendi, ſecundum Marſil. in conſil. 12. numer. 14. Sed vide quæ poſui ſupra in verſic. plerumque, in verbo, Item adde, quòd huiuſmodi ſtatutum non habet.
223 Item edde, quòd occidens bannitum fortuito, vel ad ſuam defenſionem, vel vt officialis, non gaudet priuilegio ſtatuti præmium concedentis, ſecundum Stephan. de Fede-
224 ric in tract. de interpret. iur part. 1. numer. 45. Item † adde, quòd occidens bannitum non gaudet beneficio ſtatuti, quando ipſe doloſè procurauit bannum, Abb. in capit. poſtulaſtis, numer. 7. de conceſſ. præben. Anchar. conſil. 408. Natt. conſil. 233. Fely. in capit non debet numer. 4. & ſeq de teſtib. Ram. ſingul. 591. Rolan. conſil. 6 . numer. 47. volum. 1. & Marc. deciſ. Delph. 425. num. 6. lib. 2. & Roland de lucro dotis, q. 61. num. 7.
225 Item adde, † quòd ſtante ſtatuto, quòd bannitus elapſo termino banni, poſſit impune offendi, ſi coſtat, bannitum intra terminum banni comparere non potuiſſe, vt quia carceratus, vel alia legitima cauſa impeditus, interim offendi non poterit; communis eſt opin de qua teſtatur Iaſ. in l. ſi quis, ſtipulatus, §. 2. num 8. ff. de verb. oblig.
226 Item adde, † quòd capiens bannitum pro furto, ſiue interficiens non poterit remittere bannitum pro homicidio, ſtante ſtatuto, quòd poſſit remittere bannitum pro minori delicto, quam ſit bannitus occiſus, vel captus, ita tenet Socin. in conſil. 157. volum. 2. vbi diluit omnia argumenta Decij. qui contrarium conſuluerat in conſ. 65. & idem Dec. in capit. at ſi clerici. num. 60 de Iudic. dicit, quod ſecundum conſilium ſuum fuit iudicatum; ſed additio ad d. conſilium dicit, quod male conſuluit, & male iudicatum fuit: ſed Blanc. in pract. crimin. in cap. viſis, indicijs num. 133. tenet, quod conſilium Socin procedat in homicidio ex propoſito facto: ſecus vero, ſi in puta rixa; tunc enim eſt minimus furto, quia eſt dolus præſumptus, vt ibi latè per eum: mihi autem indiſtinctè placet opi. Soc. & ita vidi obſeruari, & ipſe quoque obſeruari.
227 Item adde, † quod bannitus, qui habet nominationem tantum, & expectat decretum, ſi captus fuerit vti bannitus, & declaratum ſit non poſſe gaudere dicta nominatione, debet reponi in priſtinam libertatem, nam paria ſunt captum eſſe cum indultu, vel intuitu indultus, vt per Alber. & alios in l. præſenti, C. de his qui ad eccleſ. confug. & quia nemo ſub fide publica decipiendus eſt l. 1. Cod. de his qui ven. ætat. impet. & ibi Paul. de Caſtro, & ita deciſum fuit per ſac Reg. Conſ. Neap. vt atteſtatur Nunti. Tartal. in ſua praxi crimin. capit. 1. de defenſ. reorum in addit. 2. & quando delinquens ponitur in libertatem debet ita poni, quòd ſit difficilis eius perſecutio, Bart. in l. 1. §. 1. ff. de acquir. rer. demi. & Fely. in cap. innouamus, extra de treg. & pace.
228 Item adde, † ſtante ſtatuto, quòd præſentans bannitum, ſiuè interficiens debeat eximi de banno; quòd ſi bannitus ex pluribus bannis bannitum præſentauerit vno banno bannitum tantum eximi deberet de vno banno, niſi bannum ſuum eſſet de pluribus delictis inſimul commiſſis, Alber. in qq. ad ſtatuta q. 98. in 4. parte. *Baiard.*

* *Adde quod.*] Huiuſmodi, & tunc etiam bonis poterunt ſpoliari. Vulpell. reſponſ. 73. numer. 4. & reſponſ. 142. numer. 6. & Boſſ. tit. banniti; quid amit. numer. 90. Farin. vbi ſupra, num. 30. & 40. *Roſ.*

Adde quod.] Huiuſmodi quamplures amplationes, ac limitationes in materia dicti ſtatuti tradit Pract. Carrer. §. homic. p. 434 vſque ad 446 quas ibi plene vide. *Giach.*

229 *Adde quod huiuſmodi ſtatutum.*] Adde, † quòd ſi extaret ſtatutum, quòd occidens bannitum, vel eum capiens haberet præmium, puta, quòd ſi capiens eſſet bannitus poſſet

rent: f inhumanum enim eſſet, vt ſub fide publica deciperentur.

54 *Sed nunquid ſtante hoc ſtatuto licitum erit tales bannitos offendere, & occidere, etiam in foro conſcientiæ? Reſpond. Variæ quidem in hoc ſunt Doctorum opin nam Io. Andr. in rubr. de conſtitution. tenuit, quòd non: alij vero tenuerunt, quòd ſic. Et hanc opin. eſſe magis communem ſentire videtur Alexand. in d. l. ſi plagij, numer. 2. quem refert Gomeſ. ſuper Inſtit. de action. in princip. poſt numer. 54 vbi has opin. concordat, & ipſe dicit, etiam ex mente Doctorum quòd ſcilicet aut iſte, qui bannitum interficit, id facit zelo reipublic. & tunc excuſatur etiam in foro conſcientiæ: aut vero id facit ob priuatam vindictam, vel animo effundendi ſanguinem humanum, & eo caſu in foro poli non excuſatur: non tamen explicat, an in dubio, ſi non apareat, quo animo id fecerit, dicatur mortaliter peccare. Menchiaca autem de teſt. in 1. par. §. 7. poſt numer. 22. verſic. vnde data, dicit receptiorem opin. eſſe, quod etiam in dubio occidens bannitum, vel adulterum, lege permittente, peccet mortaliter idemque atteſtatur cõtrouerſ. Illuſtr. capitul. 49. numer. 4. g Ego vero excuſarem à peccato mortali eum, qui bannitum lege, vel ſtatuto permittente, interficeret, ne dicamus apud Chriſtianos permitti leges nutritiuas peccatti mortalis, vt dixi ſupra verſ. ſed hæc quidem. Ceterum in foro contentioſo proculdubio excuſatur etiam ille, qui bannitum cauſa vindictę interficit. Et ita obſeruari atteſtatur Boſ. in titul. Banniti quid ammittant, numer. 1. in fine.*

55 *Eſt h tamen diligenter aduertendum quomodo concepta ſin verba ſtatuti. Nam ſi abſolute diſponant, quòd bannitus poſſit impune occidi, nõ eſt dubitandum quin illum interficiens ſit à pæna homicidij excuſandus. Sed i quid ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, quòd poſſit impune offendi, nunquid hoc caſu poterit etiam impune occidi? Reſpond. quod ſic: & eſt communis opi. vt dicit Iaſ. in l. ſuis, numer. 26. ff. de liber. & poſthum. Alciat. de verb. ſign. libr. 2. fol. 44. verſicul. præterea agitur. Et dicit Albe. in quarta parte ſtatutorum, quæſt. 18. in fin. quod ita obſeruat conſuetudo. Dicit etiam Gand. de malef. in titul. de multis, quæſt. 38. in fin. quòd cum conſuetudo generaliter ita interpretari videatur, & talis ſit omnium opin. quòd poſſit occidi, non eſt ab hac opinio. recedendum.*

56 *Sed k an ſtante huiuſmodi ſtatuto, ſi mulier ſit bannita, poterit quis eam impune adulterare? Reſpond. Nellus de bannitis in 2. parte ſecundi temporis, q. 36. tenuit, quòd ſic. Contrarium tenuit Bald. in l. ſi. poſt num. 4. C. ſi contra ius,*

ſe rebannire, & à banno ſe liberare; & aliquis cæperit bannitum, qui commiſit tale delictum, propter quod pœnam mortis naturalis merebatur, Iudex tamnen non impoſuit ei talem pœnam, ſed mitiorem fortè propter aliquam qualitatem de iure pœnam minorantem; vel quia in proceſſu non aderant probationes, ſed inditia, ex quibus tortus; non fuit confeſſus, ipſum liberauit, nunquid iſte capiens ſtatuti præmio gaudebit? vid. Proſperũ Viualdum Sabinitanum, in prag. de exulibus, num. 136. vbi tenet quod debet gaudere præmio, & dicit, quod quotidie ita ſeruatur; & ibi num. 171. tenet etiam, quod bannitus poſſit à banno liberari, etiam ſi non habuerit remiſioné à parte; & quod ita practicatur.

230 Item adde, quod ſtatutum dans præmiũ occidenti bannitum comprehendit etiam occidétem bannitum extra teritorium, Marſ. conſ. 57. num. 35. in 1. & Bald in conſ. 424. vol. 5.

231 Item adde, quòd mendaciter dicens, ſe interfeciſſe bannitum, vt ſtatuti præmium conſequeretur, mortem reportare debet, vt in facti contingentia in ciuitate Pariſiorum deciſum fuit, ita refert, & concludit Gulielm. de Benedic. in cap. Rainutius, in ver. mortuo itaque teſtatore, el primo, num 341. & dicit Foller. in pract. crimin. 3. part. num. 119. hanc voctrinam eſſe notandã. *Baiard.*

f *Inhumanum enim eſſet.*] Limita in bannito per interloquutoriã quæ quandocunque reuocari poteſt; Tunc enim, non eſt bannum relegationis nec diffinitiuum, vt per Iaſ. in l. 1. §. & poſt operis num. 10. ff. de oper. nou. nũntiat. & tali caſu, quia à bannito ſic per interlocutoriam abeſt maleficium, crederé quòd hic bannitus offendi non poſſet, & eſſe poteſt ratio; Quia verum eſt, quòd lex puniens maleficia debet extendi; ſecus autem eſt cùm in banno non interueniunt maleficia; ſic pro limitatione prædicta not. Bart. in l. quemadmodum, ſub num. 4. C. de Agric. & Cenſit lib. 11. Vide Menoch. de arbit. Iudic. lib. 1. quæſt. 90 num. 42. *Drogh.*

232 g *Ego vero excuſarem à peccato.* Adde, † quòd idem tenet Afflict. in conſtit. de forbannit. num. 30. fol. 9. quòd non ſit in peccato mortali, quando reſpectu. ſolius vindictæ publicæ occidit, auctoritate S. Thomæ de Aquino motus, vt ibi per eum. Et hoc etiam tenet Menoch. de arbitr. iud. quæſt. 90. num. 5. *Baiard.*

233 *Eſt tamen diligenter aduertendum.*] Adde † quid ſi aliqui caperent bannitum, & eum in arbore ſuſpenderent, an inciderint in pœnam homicidij, & vſurpate iuriſditionis, Afflict. in conſtit. de forbannit. numer. 50. fol. 10. vbi concludit, quod non, quia ſuſpendere eſt occidere, niſi facerent illud pro exercenda iuriſdictione, quam non haberent.

234 Item adde, † quòd licèt ſtatutum permittat bannitum impunè offendi, non tamen permittit, vt quis in banniti cadauer ſæuire poſſet, quia tunc hæres offenderetur, Cagn. in reg. non licet. ff. de regul. iur. Quod intelligendum eſt, ſi aliquis inueniret eius cadauer & illud offenderet, non autem, ſi bannitum occidiſſet. *Baiar.*

i *Sed quid ſi ſtatutum* Si ſtatutum dicat, quòd poſſint offendi, an poterint occidi Far. in d. q. 103. nu 18. *Roſ.*

k *Sed an ſtante.*) An mulier bannita poſſi adulterari. Farinac. d. q. 103. nu. 61. & 66. atque 68. *Roſ.*

Sed an ſtante huiuſmodi ſtatuto, &c.] Adde,
235 quòd † vi huius ſtatuti mulier bannita, etiamſi ſit prægnans, poterit impunè occidi, Bald. in l. Imperator, la 2. in 3. repet. ff. de ſtatu hom. Nellus in tract. bannit. in 2. par. 2. temp. num. 39 & ibi numer. 45. de bannita prægnante diſtinguit, nõ excuſari eam interficiété, ſi manifeſtè erat prægnans, ſiuè fuerit prægnans ex marito, ſiue ex illicito coitu: ſi verò manifeſte prægnans non apparebat; tunc, ſi probatur occidentem ſciuiſſe punitur: alias non; ſecundum eum. Sed Viu. in opin. 770. num. 19 tenet quòd mulier bannira prę gnans non poſſit occidi, licet ignoretur, illam prę gantem eſſe, quia de hoc cogitare debuit, etiam ſi partus eſſet adulterinus, & etiamſi eſſet prægnãs decem, vel viginti dierum, & de hoc ſtatuto vide omnino Viu in opi. 770. vbi ponuit multas limitationes.

236 Item adde, quòd non licet adulterare mulierem bannitã etiam ſi eius maritus eſſet bannitus, eſt tex ſing. in auth de lenonibus, §. 1. col. 3. & Io. Lup. in rep. c. per veſtr. de donat. inter vir. & vxor. in rubr. §. 78. num. 7. fol. 175.

237 Item adde, † ſi ſtatutum concederet nominationem capienti, vel occidenti bannitum, vel aliud præmium, non habet locum in capiente, vel interficiente mulierem bannitam, Angel. conſil. 67. municipali lege, & benè; ratio enim ſtatuti, ſiue conſtitutionis eſt, vt numerus bannitorum inquietantium extirpetur, quæ ratio ceſſat in muliere, cum à ſeculo non ſit auditum, quod feminæ bannitæ inquietaſſent, quò fit, vt etiam ipſius conſtitutionis diſpoſitio ceſſare
238 debeat, capitul. cum ceſſante, de appellat. † Sed è conuerſo, ſi mulier occidiſſet bannitum, præmium conſequeretur,

vel vtil. publ. cuius opin. communiter approbatur, vt atteſtatur Dec. in d. cap. quæ in eccleſiarum, num. 16. quem refert Gigas de penſio. quæſt. 18. num. 2. & Dn. Ant. de Padilla in l. tranſigere, num. 73. C. de tranſact. Et hoc mihi magis placet: cum enim ſtatutũ conditum fuerit pro quiete publica, vt ſupra dixi, certe adulterium commiſſum cum muliere bannita, nihil pertinet ad qnietem publicam. Et ideo cum ſit commiſſum extra mentem ſtatuti, non eſt impunitum derelinquendum.

57 *Stante hoc ſtatuto, cenſetur bannito in dictum bellum a banniente, & ipſe factus hoſtis ciuitatis a ciuitate, a qua eſt bannitus. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Corn. conſ. 104. colum. 1. verſ. his tamen, lib. 1. vbi etiam ſubdit quod ita obſeruatur in practica.*

58 *Item ſecundum aliquos virtute huius ſtatuti bannitus æquiparatur deportato, de quo dixi infra hoc eod. lib. §. fi. q. 71. verſ. dixi autem.*

59 *Sed hic quæro, nunquid, ſtante hoc ſtatuto, poſſit filius occidere partem bannitum. Reſpond. Bartol. in l. ſi adulterium cum inceſt. §. liberto, ff. de adult. tenuit, quòd ſic: & eſt commu. opin. vt ait Marſ. in l. 1. §. præterea, numer. 33. ff. de quæſt. Gomeſ. in §. rurſus, numer. 22. Iuſtit. de act. Berous in d. cap. quæ in eccleſiarum, numer. 114. quem refert Viuius in loco præalleg. in 2. ampliat. & ita determinatum fuiſſe per collegium Peruſij refert Ang. de malef. in verb. & ex interuallo, numer. 17. Ex quo enim pater, vittute dicti ſtatuti cenſetur effectus hoſtis patriæ, vt dixi ſup. verſ. ſtante hoc ſtatuto. merito etiam videtur licere filio eum interficere, iuxta tex. in l. minime, ff. de reli. & ſump. fun. m Mihi quidem hæc opin. nunquam placuit, ſed ſemper viſa eſt crudelitatis, & impietatis plena. licet enim pater ſit baunitus, non tamen deſinit eſſe pater, neque iura naturalia amittit: propterea ego tali filio patrem occidenti, cenſerem caput amputandum: n neque aliquid me mouet, quod virtute talis ſtatuti, pater bannitus cenſeatur effectus hoſtis patriæ: id enim eſt propter fictionem, quæ in re tam enormi non debet veritatem patrię poteſtatis adumbrare. Poſſet forte tollerari communis opin. vbi talis pater bannitus eſſet vere hoſtis patrię, id eſt actualiter arma contra patriam inferret, nam eo caſu filius, qui in eo actu patrem occidiſſet, eſſet excuſandus. Et ita loqui videtur Claud. qui ita communiter concludit atteſtatur in l. 1. §. ius gentium, unmer. 13. ff. de iuſt. & iure. o Sic etiam videmus, quod ſtante hoc ſtatuto, non poteſt vaſſallus impune offenedere dominium ſuum. Et dicit Alber. in 4. part. ſtatutorum, quęſt. 27. quòd ita tenet communiter Doctores, quem refert Cępol. conſ. crim. 5. verſic. Septimo pro hoc, & tamen nemo ſani capitis negabit, maiorem reuerentiam debere filium patri quęm vaſſallum domino ſuo.*

60 *Quæro, p aliquis fecit pacem cum inimicum ſuo, & promiſit enm non offendere ſub pœna: nunquid ſi talis inimicus fuerit poſt pacem*

quæretur, quia ſtatutum haberet effectum ſuum, quòd audacia bannitorum refręneretur, & eorum numerus extirparetur, vulgata reg. vbi eadem ratio, ibi militat eadem iuris deſpoſitio. *Baiard.*

l *Filius.*] An filius patrem bannitum poſſit occidere. Far. d. quæſt. 103. num. 275. 276. & 277. *Roſ.*

Filius.] Obiter hic quęro; quid ſi filius occida patrem, ad quem ibit hæreditas patris, vide per Iaco. de S. Georg. in l. hæreditas, ſub nu. 7. C. de his quibus vt indig. aufer. hæred. *Giach.*

m *Mihi quidem.*] Adde, quòd hæc fuit originalis opinio Dyn. quam ſequuntur relati per Cępoll. conſ. crimin. 5. ſub num. 29. vbi & ipſe credit iſtam opinionem veriorem & tutiorem: ꝙ non ſit licitum interficere patrem bannitum, etiã ſtante prædicto ſtatuto, vide fuſius per eum ibi. quia etiam contraria diluit. Item, quòd ſtante ſtatuto prædicto non liceat coniugi coniugem interficere, vide plene, atque ſubtiliter per eundem per totum illud conſilium, vbi contraria tollit. Item per plura tenet non licere conſocio, qui tractauit conſocium bannitum interficere, vide ibi. per eundem col. pen. & fin. *Giach.*

Mihi quidem hac opinio.] Et rectè quidem, nã & ſi magnus ſit verſus patriam amor, talia tamen terminare nõ eſt facile; Multas. n. ac varias habent pater, & patria inter ſe differentias, & magnitudine, & paruitate, & honeſto, & neceſſario: vtẽdo verbis Philoſophi, Et hic lib. 9. c. 2. loquentis in his terminis vide Menoch. d. tract. q. 90. lib. 1. nu. 44. & 45. cũ ſeqq. & contra illos, qui tenuerunt filium impune poſſe occidere patrẽ, dic, vt per Fely. in cap. quæ in eccleſiarum coll. 21. numer. 2. caſu per eũ poſito, videlicet, quòd talis opinio poſſit ſuſtineri ante factum; poſt verò factum, & occurrente caſu præualere debet contraria opinio; Sic etiam dixit, in c. conſuluit coll. 2. de off. deleg. Multa namque ex poſt valent, quæ ab initio non admittuntur, vt per Afflict. deciſ. 96. ſub uumer. 6. vide in Reper. Felini, Benedictum de Vadis in ver. Statutum, an valeat, quod homicida addit. Contard. in l. vni. limitatio. 13. ob dilationem iudicis, num. 3. C. ſi de nom. poſſ. *Drogh.*

239 *Mihi quidem hæc opinio.*] Adde, † quòd idem tenuit Menoch. de arbitr. iud. quæſt. 90. num. 43. vbi hanc opinionem benè muniuit, & probauit, & ita multum doctè tenet Foller. in pract. cenſurar. in ver. Nicolaus epiſcopus num. 148. cum ſequen. vbi declarat tex. in l. minimè, ff. de relig. & ſumpt. fun. procedere, quando filius occiderit patrem, defendendo patriam, qui eam impugnare uellet; & ſic defenſio eſſet neceſſaria; & quòd aliter quodam modo fieri non poſſit, ut hic dicit Dominus Clarus, & hoc etiam uidetur ſentire Franch. in deciſ. 276. numer. 9. cum ſequen. uolum. 2.* & pro utraque parte deducendo iura, & rationes, Tiraquel. de pœn. temperan. cauſ. 20. nu. 6. cum ſequen. uſque ad fi. illius cauſę indeciſum reliquit pronuntiatum, extendẽdo tamen partem mitiorem etiã ad filios naturales, parenteſque naturales, nume. 12. cum ſequeu. & parentes, filioſque non poſſe occidi cẽſeo per iura, de quibus per Tiraquel. ubi ſupra cauſ. 21.

240 Item † adde, quòd uxori licet occidere maritum bannitum, Cæpol. conſ. 5. nu. 28. & 29. hic allegato, & ita deciſum fuit per ſacrum conſiliũ Neap. ut atteſtatur Frãc. in deciſ. 276. uolum. 2. ubi multum latè hanc quæſtioné examinauit.

241 Item † adde, quòd bannitus, puta ex Parma, qui eſſet Ferrarienſis, ſi ad Parmenſes Ambaſciator per ſuum Principem mitteretur, offendi ibi tanquam bannitus non poſſet, ut not. dixit Angel. in §. Reuerendiſ. auth. de ſanctiſs. Epiſco. quem ſequitur. Ripa, in l. ſi coſtante, numer. 48. ff. ſolut. matrimon. etiam quòd eſſet bannitus pro crimine læſę maieſt. Gig. dict. tractat. de crim. læſ. maieſt. libr. 3. quæſt. 7. in fi. *Baiard.*

n *Neq; aliquid me mouet.*] Farin. quæſt. 13. in ſpec. 9. numer. 275. & num. 276 Quid in fratre ibi, num. 280. & uxore, nu. 282. & de bannito tollerato, nu. 289. & ſeq. *Roſ.*

o *Sic etiam videmns.*] Vaſſallus dominum bannitum non poterit occidere. Farinac. ſupra nu. 285. *Roſ.*

p *Quæro, aliquis.*] Et eum bannitum cum quo fecit pacem, promittendo non offendere, Farinc. d. q. 103. uol. 4. num. 46. 49. & 92. *Roſ.*

242 p *Quæro, aliquis fecit pacem.*] Adde † quòd idem tenet Gozza. conſil. 61. & eſt magis communis opinio, quòd quis interficere poſſit bannitum impunè, licet in tregua, vel pacem,